



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCXXVIII. Der R. König Rudolph verheißt der Stadt Lübeck, zur Herstellung
des Friedens an die Wendischen Herrn und die Markgrafen von
Brandenburg Gesandte zu schicken, am 5. Juni 1284.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

fuis mercaturis veniendi, moram faciendi et ad propria libere redeundi sub noſtram prote-
ctionem et ſecurum noſtrum conductum recipimus pre omnibus, qui noſtris parere voluerint
precibus et mandatis, preſencium teſtimonio litterarum. Datam anno domini MCCLXXXIII,
in die ſancti Lamberti martiris.

Nach Lenz, Brandenb. Urk. I, 117. Beckmann's Beſchreibung der Churm. Brand. IV, 1139. und V, I, II, 151.
Lappenberg's Hamb. Urk.-Buch I, S. 660. Nr. DCCCVII.

CCXXVII. Die Markgrafen von Brandenburg, Otto und Konrad geſtatten der Stadt Baugen
ein Kaufhaus zu errichten und überlaſſen ihr alle Einkünfte aus demſelben, am 29. März 1284.

Omnibus in perpetuum. Otto et Conradus, Dei gratia Marchiones Bran-
denburgenses, univerſis has litteras inspecturis ſalutem in perpetuum. Ne ea, que ge-
runtur in tempore, ſimul labantur cum fluxu temporis, utile eſt ea poni in linguas teſtium
et litterarum teſtimonio confirmare. Ad notitiam igitur univerſorum criſti fidelium volumus
preſentibus litteris pervenire, quod nos fidelibus noſtris burgensibus ciuitatis Budiffin et
communitati eiſdem liberam dedimus facultatem ſive licentiam in predicta noſtra Ciuitate
Budiffin conſtruendi et edificandi domum mercatoriam, que in vulgari een Koophuys di-
citur, in loco ubi ipſis Burgensium magiſtris videbitur expedire et prenotate ſimiliter ciuitati,
Volentes ut univerſi proventus dicte domus ad uſus perveniant ciuitatis, nec ad nos de his
aliquid pertinebit, ſed cum omni jure hec eadem domus ad ciuitatem pertinere debebit, ut-
pote alie domus in aliis ciuitatibus, mercatorum videlicet, pertinere ad civitates alias vide-
buntur. Pro huiusmodi licentia Burgenses predicte ciuitatis nobis decem marcas argenti
Stendaliensis et eiſdem ponderis perſoluerunt. Ne igitur ſuper huiusmodi licentia in poſte-
rum alicui dubietatis ſcrupulus oriatur et ne a noſtris ſucceſſoribus violari valeat, vel infringi,
preſentes fieri iuſſimus ac ſigillorum noſtrorum appenſionibus ſecimus communiri. Teſtes huius
rei ſunt Johannes et Burchardus niger dicti de Irckefleve, Tetto de Panne-
witz, Reynerus de Burck, Heinricus de Wardenberg, Otto de Pulsniz, tunc
temporis advocatus in Budiffin, Luterus de Palow et alii quam plurimi fide digni.
Acta ſunt hec Anno domini MCCLXXXIV., in quarta feria ante feſtum Palmarum et data
in Reppin, per manum Domini Alwardi, curie noſtre notarii.

Nach Hoffmann's Script. rer. Luſat. IV, und der Luſatia ſuperior diplomat. continuata p. 5.,
mit Correctur der vielen in die Augen fallenden Fehler beider Abſchriften.

CCXXVIII. Der R. König Rudolph verheißt der Stadt Lübeck, zur Herſtellung des
Friedens an die Wendischen Herrn und an die Markgrafen von Brandenburg Geſandte zu ſchicken,
am 5. Juni 1284.

Rudolfus, Dei gratia Romanorum Rex, ſemper auguſtus. Prudentibus viris...
Conſulibus et vniuerſis Ciuibus Lubicenfibus, fidelibus ſuis dilectis, gratiam ſuam et omne

bonum. Super iniuriis, quibus vestra tranquillitas et circumiacentis patrie incessanter afficitur et turbatur, vobis ex corde compatimur, volentes et immutabiliter disponentes ad hoc animum nostrum et vires dirigere, quod, depositis omnium discordiarum rancoribus, in pace valeat vestra devotio respirare. Nam nostros sollempnes nuncios ad dominos slauie et ad Marchiones de Brandenburg destinare disponimus, qui ea, que pacis et tranquillitatis fuerint, tractent, ordinent et consumment, sic quod pacis amenitas ubique refloreat, et respublica votiu quiete gaudeat, a persecutionibus liberata. Ad hec sciat vestra fidelitas, quod vester nuncius, lator presencium, quem benigne suscepimus, valde prouide et discrete, de contingentibus nil omittens, vestrum negotium Celstitudini nostre proposuit et pro vestro bono statu, de quo libenter volumus cogitare, tam efficaciter laborauit, quod nos habemus eius sollicitudinem commendatam; petentes, quod vos eundem obinde vobis habeatis propensius recommissum. Datum sriburgi, non. iunij, Regni nostri anno XI°.

Mus der Lübecksch. Urk.-Samml. Nr. CDLXII.

CCXXIX. Der K. König Rudolph ermahnt den Herzog Albrecht von Sachsen, in der Fehde zwischen den Markgrafen von Brandenburg einerseits und den Herren von Wenden andererseits den Ersteren keinen Beistand zu leisten, sondern den Frieden zu vermitteln, am 7. Juni 1284.

Rudolfus, dei gracia Romanorum Rex, semper augustus, Illustri albrechto, duci Saxonie, principi et filio suo karissimo, gratiam suam et omne bonum Ad nostram regiam audienciam est deductum, quod tu, recepta pecunia ab illustribus Marchionibus de brandenburg, eis spoponderis contra dominos Slaue et Ciues lubicenses, nostros fideles dilectos, in gwerarum discrimine, quod inter eosdem marchiones ex una, et predictos dominos Slaue ex parte altera, est subortum, contra nostri honoris et nominis lesionem ac generalis pacis pulchritudinem, pro cuius conseruatione te credebamus et adhuc credimus, iuxta crediti tibi a nobis officium (sic) debitum, eo quod in illis partibus noster officialis et vicarius existis, potius et res exponere et personam, quam in ipsius moliri minus prouide detrimentum, tuum auxilium pro viribus impertiri. Ea propter tuam sinceritatem rogamus et hortamur plenissimo cum affectu, mandantes tibi nichilominus studiose, et precise volentes, quatinus cum ex huiusmodi gwerarum dissensione respublica suum sibi videat imminere periculum, et generalis pacis amplectenda serenitas amare lesionis scissuram sibi fenciat affuturam, non aliquorum, qui forte tuo honori, pro ipsorum commoditate priuata, cupiunt derogare, persuasionibus consenciendo aut aures patulas arrigendo, premisse werre te non immisceas quoquomodo, sed inter dictas partes toto conamine pacis federa studeas reformare. Ob hoc utique nostre excellentie adeo complacabis, quod tuam obinde deuotionem cogimur non immerito commendare. Si vero secus feceris, quod non credimus, nostram offensam te noueris incursum grauius. Scias etiam, quod in breui nuntios nostros sollempnes ad dictas partes transmittemus, qui prefatos dominos ad conseruandum pacis federa nostro